

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Oratio ax  
cum fontibus proximo et primo

*Chrysostomus.* Quo abeuntes? Ad Herodianos.  
Nec dicit consiliati sunt, sed consilium inierunt.  
Nam qui habet consilium, nullus consilio indiget nisi Dei.

Colonus Dei consilium non quaerit diaboli,  
colonus autem diaboli etsi Dei auxilium quaerat, non invenit.  
Vide furem euntem ad furtum orantem,  
vt prosperetur, et fornicator signum Crucis sibi facit,  
vt non comprehendatur, et tanto citius capitur,

quia nescit iustum Dei iudicium patrociniū criminibus dare.

Hugo de sancto Charo, *Postilla super euangelia*, Matt. 22  
(Lyons, 1645, Opera omnia, tome 6, fol.70v).

Colonus Dei consilium dyaboli non querit,  
colonus autem dyaboli et si Dei auxilium querit, non inuenit.  
Vnde fur orat,  
ut prosperetur et fornicator sibi crucis signum facit,  
ut non comprehendatur, et tanto cicius capitur,

quia nescit iustum Deus patrociniū criminibus dare.

Crisostomus Matthei XXII.

Colonus enim Dei diaboli auxilium non requirit:  
colonus autem diaboli, auxilium Dei et si quaerit, non invenit.  
Vidisti aliquando euntem ad furtum Deum orare,  
ut bene prosperetur in furto? aut qui vadit ad fornicationem,  
numquid sibi signum crucis ponit in fronte,  
ut non comprehendatur in crimine?  
Quod si fecerit, non solum non adjuvatur,  
sed adhuc amplius traditur:  
quia nescit iustitia Dei patrociniū dare criminibus.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaëum*, 42  
(PG 56, col.866).